

runt, quod rursus occasio fuit, vt Te, & quæ-
torem hæc Regalis Vectigalium arx, & Ciuem
hoc Illustrissimum totius Orbis Emporium
obtinerent. Nec meritis tuis debiti defuerunt
honores. Indiarum Comercij Regio titulo
Quæstor condecoraris, & cæterarum expedi-
tionum primus tot solus amplecteris, quot
pluribus indigebant Quæstoribus. Nil fit quin
directione tua dispositum, & integritati tuæ
commissum in Regalis Ærarij cedat incremē-
tum, & in mirabilis dexteritatis tuæ laudem,
& æstimationem resultet: Quid ad vtrumque
non contribuisti laboris? Ad negotiorum
exitus novas subministraſti formulas, & ad
calculi facilitatem novas inuenisti praxes,
ita vt instantaneæ operationes in quantitati-
bus magnis, eis, quas logarithmi exhi-
bent, longè præstantiores videantur. No-
vi tamen tabularum canonis clavem tibi re-
fervas, donec publicam facias, quod, ni as-
siduæ occupationes præpedirent, iam esses
executus. Quid mirum, si Te Natura habi-
lem, & paternæ habilitatis hæredem fecerit.
Sumptuosissimi pro Antiqua, Augusta, & Re-
gia fundatione, atque celeberrimi pro pio,
provido, & prudenti studio Illustrissimorum
Senatorum, Xenodochij, quod Cæsar-Augus-
tæ decus, & toti orbi miraculum est, Ratio-
nalis fuit D. Orontius Bonet Dom. Tuæ dig-
nissimus Parens, ita præ cæteris in hac facul-
tate